



Iúvenis®

Pellicula
cinemática...
Romána

Pompéii

6

Investigatio
Réditus in scholam, euge!

8



Macrocollum
Fiat lux!

12

Mores
Schola Romána



Pulchrum invéntum!



*** Glossárium**
 expergefieri: e somno exíre.
 sítulus: vas aquae aptum.
 témpori: témpore opportúno.



Salve!



Salvété amíci!
Ecce íterum adest lúvenis! Multae res iucúndae
insunt. Bene léгите, et laetámíni!

Gaius

www.elimagazines.com info@elimagazines.com

Nuntii



Unicef et "Barcellona"

Quid novi in pedifóllii manípulo
Barcinonénsi? Habet novum
sponsórem: Unicef. Per quinque
annos manípulus Hispánicus in
veste sua exhibébit* nomen
Unicef et huic consociatióni
quotánnis dabit sesquimilióne*
eurónum. Hac pecúnia in toto
orbe terrárum, imprímis in África
et in América meridionáli,
curabúntur pueri.

Tale incéptum apud
Barcinonénses est novum. Bona
occásio páuperes iuvándi!



complementi di tempo e di luogo

**Consócia manípulos cum suis
colóribus:**

- | | |
|-------------|----------------------|
| 1 Brasília | A russátus et flavus |
| 2 Argentína | B flavus et prásinus |
| 3 Itália | C vétetus |
| 4 Hispánia | D albus et caerúleus |

* Glossárium

exhibére: monstráre.
sesqui-: unum et dimídium

Solutiões sunt página 15.



Summárium



- 4 Pellicula cinemática...
Romána
Pompéii
- 5 Família Clacson
Itínera
- 6 Investigátio
Réditus in scholam, euge!
- 8 Macrocollum
Fiat lux!
- 10 Commércium epistoláre
De scholae iníitio
- 11 Mirum, sed verum
Mzee et Owen
- 12 Mores
Schola Romána
- 14 Quo ludo ludémus?
- 16 Imáginés et verba
Anni témpora



Grammática

In hoc fascículo discis:

- vocábula et locutiões,
quae ad scholam pértinent.
- compleménta locália et
temporália.
- natiónum nómina.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

Libellus Europae commúnis A2-B1

Pellicula cinematográfica... Romána



POMPÉII

Nova pellicula mox edétur de Pompeiórum ruina.

Clarus ordinátor Roman Polanski, qui palmam reportávit* cum pellicula "The Pianist", magnam pelliculam nunc parat de Pompeiórum ruina. Actóres verisimiliter erunt Orlando Bloom

et Scarlet Johansson. Narrátio deprómpta est* de notíssimo libro Robérti Harris, "Pompéii" inscripto. Vesúvii erúptio, quae facta est anno 79 p.Chr.n.*, narrátur a iúvene machinatóre

Románo, Marco Attílio Primo, cui reficiéndus* est máximus impérii aquaedúctus. Hoc aquaedúctu aqua portátur ad omnes hómines, qui in sinu Neapolitáno vivunt. Marcus Attílius Primus pugnat contra hóminum pravitatem et vim natúrae.



Mons Hercúleus

Hércules apud Vesúvium multum cólitur. Ut patet ex urbis nómine, Hércules habétur pro Herculánei conditóre. Primi Graeci, qui in hanc regiónem advenérunt, putavérunt ibi factam esse gigantomáchiam.

Quid est gigantomáchia?

- A pugna inter Gigántes.
- B ingens pugna.
- C pugna, quam dei cum Hércule fecerunt contra Gigántes.

Solutiões sunt página 15.



* Glossárium

palmam reportáre: in certámine vincere.
deprómere: tráhere.
p.Chr.n.: post Christum natum.
reficere: reparáre



Itínera

<p>PRIMO SCHOLAE DIE...</p> <p>Shan Shan, quomodo te habes?</p>	<p>Bene, gratias! Heri domum redii...</p> <p>Ego etiam. Per totum mensem fui ad litus, et lusi ludos electrónicos.</p>	<p>INTER LECTIONEM...</p> <p>Hodie condiscípula vestra ferias suas nobis narrábit.</p>
<p>Iter feci in civitatem unde sum oriunda: Sinas. Lustrávi Pekínium et Sangháevum.</p>	<p>Súmíte atlántem vestrum.</p>	<p>Spectáte mappam Sinárum...</p>
<p>Est regio máxima et frequentíssima.</p>	<p>Pekínium est Sinárum urbs caput.</p>	<p>Procul dubio Shan Shan in Sinis se oblectávit...</p>
<p>Salve, Shan Shan, ecce me.</p> <p>Gaudeo! Una ludámus.</p>	<p>POST LECTIONEM...</p> <p>Re vera? Cum audires tibi visus es mecum in Sinis fuisse?</p> <p>Re vera!</p>	<p>Et ludebámus ludos electrónicos.</p> <p>Oh non! Etiam in Sinis?</p>



Réditus in scholam, euge!

Habet suos quisque mores! Scisne quomodo schola fiat in aliis civitatibus? Ecce nonnulla exempla!



Schola... in silvis

In Helvétia, nonnullae scholae sub divo* sunt, in silvis. Prima huius generis fuit schola materna urbis San Gallo, in Helvetiae parte septentrionali. Ibi pueri in silvis manent ab hora nona matutina usque ad quartam postmeridianam. Si pluit, si ningit*, habent vestes pluviales aut calceos montanos. Inter arbores omnia faciunt: ludunt, coquunt, scribunt, edunt, multa discunt.

In Sudánia, bellum scholam non impedit

In Sudánica regione Darfour vocata iam diu saevit bellum. Multi homines fugerunt et domum reliquerunt. Sed Unicef curat ut incolae in castris accipiantur; ibi pueri scholas habent.

In India et in Birmánia

In India docetur *Kathakali*, antiqua disciplina qua musica coniungitur cum saltatione. Hoc modo pueri discunt vultu oculisque communicare. In Birmánia est alius mos, valde mirus: primo die scholae, discipuli nuces cocinas* magistrae offerunt.

Puellae in Afgánia

In Afgánia, puellis diu non licuit scholam frequentare. Hodie feliciter res mutatae sunt: permultae creatae sunt puellarum classes.





Schola plurális

Londínii, in vico páupere, creáta est schola *Millfields Community School* vocáta. Ex eo témpore condiciónes huius vici meliorátae sunt*, nam succéssus est ingens. In hac schola sunt amplius* 600 discípuli omnium natiónum omniúmque religiónum: mahumetáni, Angli, Afri, Turci, Indi, etiam infírmi. Véspere adúlti ibi díscere possunt linguas et yogam.



➡ Amásne scholam tuam? Cur?
Quid mutáre velis?

.....

➡ Schola omnium óptima.
Quae schola tibi máxime placet?

- in silva, inter árbores, ut in Helvétia.
- cum variis discíplis, ut Londínii.
- in villa rústica, inter animália, sicut Medioláni fit in quadam schola.
- sub divo, sicut in Mongólia.
- in schola ubi pueri et puéllae separántur, ut in Iránia.



vocábula et locutiónes,
quae ad scholam pertainent.
compleménta locália.
natiónum nómina.

★ Glossárium

sub divo: foris.
ningit: nix cadit.
nux cocóina: fructus árboris quae
vocátur cocos.
melioráre: meliorem fácere.
amplius: plus quam.



Macrocollum



*Fiat
lux!*

**Ad lumen faciendum
Romani habebant
taedas, faces, candelas
et lucernas.**

Taedae et faces pertinabant ad certas occasiones. Domi autem Romani utebantur candelis et lucernis. Usus candelarum est antiquissimus. Initio fabricabantur ex arundinum particulis et sebo, postea e cera. Colligi poterant in magnas taedas, quae sive a servo portabantur sive parieti adfigebantur. Multae lampades oleariae ab archaeologis inventae sunt. Quae poterant complura rostra habere et e tecto suspendi. Ut lumen suppeditaret, multae lucernae erant necessariae. Incommodum erat quod male olebant et fumum faciebant.




Commércium epistoláre



Ecce in lúvene áliquíd novi! Vobis est áliqua difficúltas, quam sólvete nescitis?
Egétis consílio vel auxilió? An solum cúpitis nos salutáre?
Tum scríbite ad nos: info@elimagazines.com Epístulas vestras exspectámus!

De scholae inítio

Ecce epístulam a Sara missam, quae nos de scholae inítio intérogat.



Salve, Nomen meum est Sara;
14 annos nata sum. Ad te scribo
quia áliquíd non bene se habet.
Hoc enim anno novam scholam
frequentábo. Tibi nemo mihi est notus;
quómmodo póteró consuetúdinem cum
novis condiscípulis iúngere?
Nam tímida sum, et coram homínibus
ignótis re vera torpeo.
Timeo ne male discam neve malas
notas accipiam. Quid est faciéndum?
Gratias tibi ago in antecéssum;
bene vale.

Cara Sara, Inítium scholae est bona
occásio adolescéndi. Omnes in re nova
dúbitant. Ítaque noli angi. In classe sis
atténta, et stude cottídie. Condiscípulis
novis tu etiam es nova: ergo subríde,
monstra te esse amábilem. Nonnúllos
etiam potes invitáre ut pensa tecum
faciant. Vidébis, quam sit fácile!
Bonum succéssum tibi opto! Vale.

➤ Mirum

Scisne hoc? Albértus Einstein,
celebérrimus physicus Germánus,
in schola péssimus discípulus fuit
in re mathematica.

➡ Et tu? Quod consílium Sarae dare vis?
Hoc ad lúvenem scribe.

Mirum, sed verum



Mzee et Owen

Mirábiles históriæ de animálibus

Ecce história singuláris amicítiae inter testúdinem et hippopótamum.



Mzee est testúdo 130 annos nata.

Eius nomen, in lingua Swahili, significat "senex sapiens".

Owen autem est iúvenis hippopótamus, cuius pondus est 300

chiliogrammórum*.

Die 26 mensis

Decémbris anno 2004,

ingens tempéstas

"tsunami" vocáta

tétigit litus Keniae et

necávit paréntes

párvuli hippopótami.

Qui solus remánsit. Vir quidam nómine Owen eum invénit, et nomen suum ei dedit. Eum postea

duxit in viridárium* nationále Haller, ad urbem Mombasa.

Ibi inter se convenérunt Owen hippopótamus et Mzee testúdo.

Mox facti sunt amíci, nunc inseparábiles. Una cibum sumunt, una quiéscunt, inter se

commúnicant. Mzee saepe

mórsicat* nasum hippopótami: est signum amicítiae. Hoc par

amicórum factum est

celebérrimum. Eius história

narráta est in libro, e quo pellicúla cinemática mox trahétur.

➡ Quid de te? Amásne animália?

- Amo.
 Non amo.



Quae ánimalia tibi máxime placent?

Élige in hoc índice.

- | | |
|---|-------------------------------------|
| <input type="checkbox"/> canis | <input type="checkbox"/> spheníscus |
| <input type="checkbox"/> feles | <input type="checkbox"/> equus |
| <input type="checkbox"/> testúdo | <input type="checkbox"/> ursus |
| <input type="checkbox"/> camelopárdalis | |



compleménta locália et temporália.

* Glossárium

chiliográmum: mille gramma.

viridárium: area ubi sunt multae plantae et árborea.

mórsicare: léviter mordere.



Schola Romána



Qualis erat schola Romána? Erátne tam iucúnda quam nostra?



Institútio antiqua divisa erat in tres gradus. Usque ad annum séptimum puer domi educabátur a matre et servis excúltis*, si erant. Postea erat ludus litterárius, in quo discébat scribere, légere et numeráre; pueri ludum frequentábant quattuor aut quinque annos. Puéllae non studébant ultra. Pueri postea adíbant grammáticum, quocum lítteras Graecas Latinásque discébant. Deinde ditióres* et nobilióres apud rhétorem discébant artem rhetóricam. Pueri et puéllae in schola totum diem manébant. Loca non erant valde cómmoda: saepe schola fiébat sub divo, iuxta viam, aut in ipso foro.

Quae erant instruménta?
Discípuli habébant stilum et

régulam; scribébant in tábula cerea. Si verba delénda erant, utebántur stili parte avérsa*, quae erat plana. Chartam et cálamum, cum magni pretii essent, non habébant. Numerábant instruménto, quod vocátur ábacus: est tábula cálculis móbilibus* instrúcta. Magíster pueros ímprobos* férula* castigábat.

* Glossárium

excúltus: doctus.
ditiór: magis dives.
avérsus: qui est in áltera parte.
móbilis: qui movéri potest.
ímprobus: malus.
férula: virga.



Ludi... quo plura sciámus



Eámus ad scholam!



Élige rectum
respónsum:

Magístri Románi

A ■ magnum salárium accipiébant.

B ■ parvum salárium accipiébant.

Pueri Románi geométríae studébant

A ■ in secúndo scholae gradu.

B ■ in tertio scholae gradu.



Útere códice secréto et ínveni...

A = ★ C = ☆ E = ✱ G = ▼ I = ◆ L = ■ O = ■ P = ★ S = ■ U = ●
Á = ◆ D = ◆ F = ◐ H = ☆ Í = ▲ M = ✱ Ó = ● R = ◆ T = ■

1 Nomen servi qui pueros ad scholam ducit:

★ ★ ✱ ◆ ★ ▼ ● ▼ ● ■
_ _ _ _ _

2 Nomen magístri in primo gradu:

■ ● ◆ ◆ ✱ ★ ▼ ▲ ■ ■ ✱ ◆
_ _ _ _ _

3 Nomen magístri in secúndo gradu:

▼ ◆ ★ ✱ ✱ ◆ ■ ◆ ★ ● ■
_ _ _ _ _

4 Nomen magístri in tertio gradu:

◆ ☆ ✱ ■ ■ ◆
_ _ _ _ _

5 Nomen sellae in qua sedet magíster:

★ ◆ ■ ☆ ✱ ◆ ◆ ★
_ _ _ _ _

6 Post íntegrum studiórum cursum óptimus discípus fit

■ ◆ ◆ ■ ■ ◆
_ _ _ _ _



Quo ludo ludémus?



Brrr! Quantum frigus!



Inveni in crucivérbio 20
vocábula, quae páginis 6-7
legúntur. Céteris lítteris
comple hanc senténtiam:

D	I	S	C	I	P	L	I	N	A	S	A
R	E	D	I	T	U	S	S	I	L	V	A
P	U	E	L	L	A	L	E	G	E	R	E
S	C	H	O	L	A	L	N	A	T	I	O
M	A	R	B	O	R	L	U	D	E	R	E
S	C	R	I	B	E	R	E	H	O	R	A
P	U	E	R	D	I	S	C	E	R	E	O
M	O	S	N	C	I	V	I	T	A	S	E
M	M	A	G	I	S	T	R	A	N	U	X
B	E	L	L	U	M	L	I	N	G	U	A
L	A	C	H	E	L	V	E	T	I	A	U



In Aláska discípuli

capiunt in _____
glaciáto.



Quid tibi placet in
schola? Pone vocábula
recto órdine.

- | | | | |
|--------------------------------------|--|------------------------------------|------------------------------------|
| <input type="checkbox"/> lúdere | <input type="checkbox"/> lingua Latína | <input type="checkbox"/> athlética | <input type="checkbox"/> geográfia |
| <input type="checkbox"/> scríbere | <input type="checkbox"/> amíci | <input type="checkbox"/> díscere | <input type="checkbox"/> lítterae |
| <input type="checkbox"/> mathemática | <input type="checkbox"/> feriae | <input type="checkbox"/> história | |

Solutiónes sunt página 15



SUBNOTATIONES ET QUAMVIS REM postulare poteris a domo editoria quae in natione tua mēstruos linguarum commentarios dispērtit. Inscriptōnem autem cursualem iuxta invenies.

Domus Editoriae ELI Distributores

AUSTRALIA & NEW ZEALAND - HEINEMANN EDUCATION
20 Thackery Road, Port Melbourne, Victoria 3207
Toll-free phone: 1-800-810-372
Tel. (03) 9245 7188, Fax (03) 9245 7265

E-mail: customerservice@harcourteducation.com.au
BELGIE - MERLIJN EDUCATIEVE MEDIA
Postbus 860, 3800 AW Amersfoort, Nederland
Tel. (033) 463 72 61, Fax (033) 463 75 87
E-mail: mic@euronet.nl

BULGARIA - OKSINIA EDUCATIONAL CENTRE
jk. Mladost 1, Bl. 355, VH 4, Ap. 20
1712 Sofia - Tel.: (02) 76 77 83 - Fax (02) 962 23 16
E-mail: edu@oksinia-bg.com - Website: www.oksinia-bg.com

CANADA - THE RESOURCE CENTRE
P.O.Box 190, Waterloo, Ontario N2J 3Z9, Toll-free phone:
1-800-923-0330 - Tel. (519) 885 0826, Fax (519) 747 5629
E-mail: resourcecentre@sympatico.ca

ČESKÁ REPUBLIKA - DIDAKTIS spol. s.r.o.
Kastanova 141 b, 617 00 Brno,
Tel. +042 539 030 360 - 543250076, Fax +420 543250732
E-mail: didaktis@didaktis.cz - Website: www.didaktis.cz

CHILE - SBS Librería y Editora Ltda
Av.Kennedy, 8020 Vitacura, Santiago - Tel. 56-2 954 1135
Fax 56-2 954 1136 - E-mail: sbs@sbs.cl - Website: www.sbs.cl

DANMARK and FAER ØER - FORLAGET ÅLØKKE A/S
Postboks 43, Porskaervej 15, Nim. 8740 Brødstrup
Tel. (75) 671 119, Fax (75) 671 074
E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk

DEUTSCHLAND - ZAMBON VERLAG und VERTRIEB
Leipzigiger Strasse 24, 60487 Frankfurt/Main
Tel. (069) 779223, Fax (069) 773 054
E-mail: zambon@zambon.net

EIRE - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD
Ashville Trading Estate, The Runnings, Cheltenham GL51 9PQ,
UK, Tel. +44 (01242) 245 252, Fax +44 (01242) 224 137
E-mail: rhc@esb.co.uk - Website: www.esb.co.uk

ELLÁS & CYPRUS - GM PUBLICATIONS
Kleomidou 2, 10443 Athens, Tel. (0210) 5150201,
Fax (0210) 5143383, E-mail: gmflbook@otenet.gr

ESPAÑA - EDITORIAL STANLEY, Calle Mendelu, 15
20280 Hondarribia, Tel. (943) 640 412 - 641 053
Fax (943) 643 863 - E-mail: editorial@stanleyformacion.com
Website: www.stanleyformacion.com

FINLAND - SUOMALAINEN KIRJAKAUPPA OY
P.O. Box 2, 01641 Vantaa, Tel. (9) 852 7880, Fax (9) 852 7990,
E-mail: lehdet@suomalainen.fi
Website: www.suomalainen.com

FRANCE - PIERRE BORDAS ET FILS
Diffusion: EDITIONS DU COLLEGE, 26110 Vinsobres
Tel./Fax (04) 75 27 01 11 E-mail: contact@editions-du-college.fr

F.Y.R.O.M. - T.P. ALBATROS
Bul. III Makedonska Brigada 23/11, 91000 Skopje,
Tel./Fax (02) 2463 849 / 469 781
E-mail: kasovskib@yahoo.com

HONG KONG - TRANSGLOBAL PUBLISHERS SERVICE LTD.
27E Shield Industrial Centre, 84-92 Chai Wan Kok St., Tsuen
Wan N.T., Hong Kong, Tel. (02) 413 5322, Fax (02) 413 7049,
E-mail: info@transglobalpsl.com

ISLAND and GRÖNLAND - FORLAGET ÅLØKKE A/S
Postboks 43, Porskaervej 15, Nim. 8700 Horsen, Danmark,
Tel. + 45 (75) 671 119, Fax + 45 (75) 671 074,
E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk

ITALIA - ELI srl, C.P. 6, 62019 Recanati, Tel. (071) 750701,
Fax (071) 977851, E-mail: info@elionline.com
Website: www.elionline.com - Direttore responsabile: Lamberto
Pigini. Autorizzazione Trib. di Macerata N. 234 del 4 luglio 1984.
Realizzazione: Tecnostampa, Loreto. Abbonamento annuo (6
numeri da ottobre a maggio) € 16,90 (singolo) € 12,90 (da 2
abbonamenti in poi) da versare sul c/c n. 11023629 intestato a:
European Language Institute, 62019 Recanati. © ELI Italy 2007

MAGYAR KOZTARSASAG - LIBROTRADE KFT., Pf 126 - 1656
Budapest - Tel. (01) 254 0258 / 255 7777
Fax (01) 254 0260 / 255 7777
E-mail: periodicals@librotrade.hu - Website: www.librotrade.hu

MALTA - SIERRA BOOK DISTRIBUTORS
Brianna, Mediterranean Street The Village, St. Julian SGN 07
Tel. (021) 378576, Fax (021) 374822
E-mail: sierrabooks@onvol.net

MEXICO - The Anglo Books, S.A. de C.V.
Antonio Caso No. 66 loc. A y B - San Rafael, Cuauhtemoc
Mexico, D.F. C.P. 06470
Tel. y Fax (52-55) 55 66 55 08 y 55 46 92 87
anglobooks@yahoo.com.mx
marcelacastro_anglo@yahoo.com.mx

NEDERLAND - MERLIJN EDUCATIEVE MEDIA,
Postbus 860, 3800 AW Amersfoort, Tel. (033) 463 7261,
Fax (033) 463 7587, E-mail: mic@euronet.nl

NORGE - KORINOR Skoleavdelingen, Caspar Storms v 12,
Bygg A Postboks 13 Oppsal, 0619 Oslo, Tel. (022) 657 124,
Fax (022) 657 825 - E-mail: skoleavdelingen@korinor.no
Website: www.korinor.no

ÖSTERREICH - INGOLD, Ernst Ingold+Co. AG
Hintergasse 16, Postfach, CH-3360 Herzogenbuchsee, Tel. 062.956.44.44,
Fax +41 062.956.44.44, Fax +41 062.956.44.54,
E-mail: info@ingold.ch - Website: www.ingold.ch

POLSKA - Ars Polona
Ars Polona JSC - Foreign Trade Enterprise - 25 Obroncow Str.
03-933 Warszawa - Poland - Tel.: +48 22 509-86-53
fax: +48 22 509-86-50 - www.arspolona.com.pl

POLSKA - Agencja Subskrypcyjna GEA, Plac Orłat Lwowskich 5,
Skr poczt 1238, 50-986 Wrocław 44, Tel./Fax: (071) 359 3772
E-mail: gea@gea.pl - Website: www.gea.pl

	gradus inicialis	primus gradus	secundus gradus	tertius gradus	quartus gradus	quintus gradus
ENGLISH						
FRANÇAIS						
DEUTSCH						
ESPAÑOL						
ITALIANO						
LINGUA LATINA						
РУССКИЙ ЯЗЫК						

PORTUGAL - EDITORA REPLICACAO Lda, Rua Pedro de Sintra, 26-A, 1400-277
LISBOA, Tel. 0213 021 583 - Fax: 0213 021 584 - E-mail: replic@mail.telepac.pt

ROMANIA - PRIOR BOOKS DISTRIBUTORS SRL
Str. Raspaniilor 32, ap. 2 - sector 2 - 020548 Bucuresti
Tel. (021) 210.89.08 - (021) 210.89.28, Fax (021) 212.35.61
E-mail: office@prior.ro - Website: www.prior.ro

REPUBLIKA HRVATSKA - V.B.Z.d.o.o., Goranska 12, 10010 Zagreb,
E-mail: didaktis@didaktis.sk - Website: www.didaktis.sk
REPUBLIKA HRVATSKA - V.B.Z.d.o.o., Goranska 12, 10010 Zagreb,
E-mail: andreja.crnicki@vzb.hr
Website: www.vzb.hr

SCHWEIZ/SUISSE - INGOLD, Ernst Ingold+Co. AG
Hintergasse 16, Postfach, 3360 Herzogenbuchsee, Tel. 062.956.44.44,
Fax 062.956.44.54, E-mail: info@ingold.ch - Website: www.ingold.ch

SERBIA & MONTENEGRO - PLANETA A.S.
Resavska 30 B, 11 000 Beograd, SCG, Tel./Fax (011) 303 50 70
3238 392, 381 64 1752 318, E-mail: planeta@eunet.yu

SLOVAKIA - DIDAKTIS Ltd.
Hyrosova 4, 811 04 Bratislava - Tel. (02) 5465 2531- Fax (02) 5477 7506
E-mail: didaktis@didaktis.sk - Website: www.didaktis.sk

SLOVENIA - SAMO UK d.o.o.
Metelkov dvor 6, 1290 Grosuplje, Tel. (01) 542 1124 Fax (01) 542 1125
E-mail: samouk@siol.com - Website: www.samouk.si

SOUTH AFRICA - INTERNATIONAL JOURNALS CC,
P.O. Box 46171, Orange Grove 2119 Johannesburg, Tel. (011) 485 5650,
Fax (011) 485 4765, E-mail: ljournals@netactive.co.za

SVERIGE - BETA PEDAGOG AB
Box 58, 430 17 Skallinge, Tel. (0340) 35605, Fax (0340) 35481
E-mail: beta-pedagog@beta-pedagog.se - Website: www.beta-pedagog.com

TAIWAN - CENTRAL BOOK PUBLISHING CO.
2nd Fl., No. 141, Section 1, Chung-King South Road, Taipei
Tel. (02) 2331 5726, (02) 2371 9893, Fax (02) 2331 1316
E-mail: central2@ms24.hinet.net

TÜRKIYE - IBER DIS TICARET LTD STI
Bagdat Cad. No. 193/8, Arl Apt. Kat. 2, Kadikoy, Istanbul, Tel. (0216) 368 4250,
Fax (0216) 368 5568, Email: banukocas@hotmail.com / mail.iber@gmail.com
Website: www.eli-iber.com

UK - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD
Ashville Trading Estate, The Runnings, Cheltenham GL51 9PQ, Tel. (01242) 245 252,
Fax (01242) 224 137 - E-mail: jar@esb.co.uk - Website: www.esb.co.uk

UKRAINE - U.C.I.E. - 16, Lipska St. - Kiev 01021
Tel./Fax: (044) 2534144 - 2538073, E-mail: ucie_education@hotmail.com

URUGUAY - EQ OPCIONES EN EDUCACION
Sortiano 1162, 11100 Montevideo - Tel. (02) 900 9934, Fax (02) 487 3965,
E-mail: opciones@dinet.com.uy

USA - (known office of publication)
MIDWEST EUROPEAN PUBLICATIONS INC.
8124 N Ridgeway, Skokie, IL 60076 - Tel. (847)676 1596 X 109, Fax (847) 676
1195, E-mail: e.milas@distribooks.com - Website: www.mep-eli.com

TOT (Latin edition Iuvens) USPS 004169, Year 2007/2008, Issue 1)
is published 6 x a year (October, November, December, February, March, May)
for a subscription price of \$ 22.50 per year by ELI, 62019 Recanati, Italy. Periodicals
postage paid at Skokie, IL. Postmaster: send address changes to: Ragazzi, MEP,
8124 N Ridgeway, Skokie, IL 60076

© ELI Italy 2007

HAUD PERMISSA OMNINO HUIUS LIBELLI VETATUR CONDUPPLICATIO QUOLIBET
INSTRUMENTO FACTA, ETIAM PHOTOTRANSCRIPTICA RATIONE, QUAMVIS AD
USUM SCHOLASTICUM PRIVATUMVE PERTINEAT.
PHOTOGRAFEMATA: QUOD AD DUPLICATIONIS IURA PERTINET EDITOR
PROFITETUR SE ESSE PROMPTUM ILLARUM IMAGINUM, QUARUM FONTES
REPERIRE NON LICUIT, IURA REPENDERE.

SOLUTIONES: P. 3: 1. b, 2. d, 3. c, 4. a. P. 4: c. P. 13: Elige rectum responsum: 1. b, 2. a; Eamus ad scholam: 1. paedagogus, 2. iudi magister,
3. grammaticus, 4. rhetor, 5. cathedra, 6. orator. P. 14: Cruciverbum: disciplina, reditus, silva, puella, legere, schola, natio, arbor,
Iudae, scribere, iure, discere, mos, civitas, magistra, nux, bellum, lingua, Helvetia: salomonem, lacu.

Anni témpora

Imáignes et verba

